



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Medvlla Theologiæ Moralis**

**Busenbaum, Hermann**

**Monasterii Westphaliæ**

Art. I. Quid requiratur in judice?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40957**

## DUBIUM II.

**De Potestate & Officio Iudicis?**

## ARTICULUS I.

*Quid requiratur in Indice?*

Resp. I. Præter tria dicta superiore dubio, requiritur scientia, quâ sciat suo munere recte fungi. Ita commun. Doct. & Bon. d. 10. q. 2. p. 3. Ratio est, quia quilibet tenetur scire ea, quæ pertinent ad proprium officium, & sine quorum cognitione munus suum, & officium exercere non potest. *Vnde resolvuntur sequentes casus.*

I. Petens, aut suscipiens officium Judicis (idem est de Medico & Chirурgo, ut v. *infra* dub. 7.) quo indignus est, ita ut probabile sit, inde notabile damnum proximi fecuturum, peccat mortali-  
ter. *Nau. c. 25.*, *Anton. Card. de Lugo* d. 37 n. I.

II. Judex carens necessaria scientia, non debet absolviri, nisi facta renunciatione officii, vel nisi firmum habeat propositum renunciandi. Ita s. *Thom. 2. 2. q. 76. a. 1.* *Cajet. Clavis regial 12. t. 3. num. 2.* *Regin. l. 23. n. 675.* *Nau. c. 25.* *Farin. 3. p. 9. 3. a. 16.* Ratio, quia nullus potest officium, cuius munia obire non potest, retinere, præsertim cum damno vel periculo proximi.

III. Si Judex ex magna imperitia male judicet, tenetur ad interesse parti læsæ, & ad expensas lis: uti etiam, quotiescumque notabile damnum,

*five*  
*prop*  
*litig*  
*I*  
*grav*  
*tis,*  
*erro*  
*ut si*  
*pert*  
*de L*  
*R*  
*lerit*  
*tribu*  
*justa*  
*Casi*  
*I*  
*suu*  
*pedi*  
*Clas*  
*Bon*  
*I*  
*laſt*  
*secu*  
*fa. 1*  
*da*  
*tu*  
*ut*  
*tu*  
*Re*  
*ad*  
*n.*

sive in substantia litis, sive in superfluis expensis, propter ejus culpabilem ignorantiam, partibus litigantibus accidit, Bon. Card. de Lugo II cc.

IV. Si Judex agnoscat errorem a se (etsi sine gravi culpa) commissum, in præjudicium litigantis, tenetur, si potest citra infamiam, impedire errorum: v.g. monendo occulte partem læsam, ut sibi appellatione, vel aliter consulat. Quia id pertinet ad debitam muneris executionem, Card. de Lugo I.c.n.3.

Resp. II. Judex tenetur causas judicare, & celeriter expedire. Quia ex officio tenetur cuique tribuere suum. Quod non facit, si sententiam sine justa causa differt. Vnde resolvuntur sequentes Casus.

I. Judex mortaliter peccat contra officium suum, differendo valde notabiliter causarum expeditionem, sine justa causa, Sylv. V. Index q.12. Clavis reg. c.12. n.8. Nav. c.25. n.14. &c. cum Bon. d.10. q.2.p.3.

II. In casu dicto, idem Judex tenetur parti læsæ damna & expensas, quæ ex iniqua dilatione fecutæ sunt, restituere: quia est earum injusta causa. Ibid. Ann. II cc.

III. Si Judex in exequenda causa, & proferenda sententia negligens, aut iniquus sit, non tantum parti læsæ, sed interdum etiam fisco tenetur ut v.g. si multam pecuniariam, quam ex consuetudine, vel lege communii debebat imponere Reo, sine causa remisit, S. Thom. 2.2. q.67. a 4. ad 3. Sylv. V. pœna. q.28. Salon. Laym. I.3. t.2. c.5. n.7. contra Azor.

ARTI-